

ZITT.

I. N. D. E. D. N. J. C.

A

SERENISSIMO Ac POTENTISSIMO
ELECTORE BRANDENBURGICOPATRE PATRIÆ,
PIO, FELICE, AUGUSTO,*Clementissime Oblatam*

AMPLISSIMIQUE SENATUS ACADEMICI

Unanimi Consensu

susceptam.

P O L I T I C Æ

PROFESSIONEM

ORATIONE SOLENNI

A. D. XXIV. SEPTEMB. A. MDCLXXI.

auspicaturus

JOH. CHRISTOPH. BECMANUS,

PHIL. Ac THEOL. D. HISTOR. PROFESS. ORDIN.

ET UNIVERSITATIS BIBLIOTHECARIUS

MAGNIFICUM DN. RECTOREM

ILLUSTRISSIMOS DOMINOS

DN. COMITEM de REDERN & DN. BARONEM

de PUTLITZ,

PROFESSORES EXCELLENTISSIMOS,

*CLIVES item Nobilissimos ac Politissimos,**ut Eidem Benigne interesse non**graventur,**Officiosissime rogat.**Frankofurti ad Viadrum,**Typis JOHANNES COEPELII, Acad. Typog.*

A. M. D. C. C. L. X. X. I.

SEVERISSIMO AC POTENTISSIMO
ELECTORE BRANDENBURGICO
PATRE PATRIAE,
PIO, FELICE, AUGUSTO,

AMPLISSIMO SENATUS ACADEMICI
UNIVERSITATIS
CONSENSU

POLITICAE

PROFESSIONEM
ORATIONE SOLEMNI

A. D. XXIV. SEPTEMB. A. MDCCLXXI.

JOH. CHRISTOPH. BECKMANNUS,

PHIL. AC THEOL. D. HISTOR. PROFESS. ORDIN.

ET UNIVERSITATIS BIBLIOTHECARIUS

MAGNIFICUM DN. RECTOREM

ILLUSTRISSIMOS DOMINOS

DN. COMITEM DE RADERN & DN. BARONEM

DE PUTLITZ,

PROFESSORES EXCELLENTISSIMOS,

CIVES IREM NOSTROS AC POLITISSIMOS,

in hac re benignè interesse non

graventur,

Officiis suis rogat.

Francfurti ad Viadrinam,
Joh. JOHANNES COPSELL, Acad. Typog.

52



Qui Mundum hunc Sarcinam Principum dixere, Elogium ad-
 invenerere POLITICÆ convenientis-
 simū. Sarcina nota molis est, mul-
 titudinis, oneris: Formam connexio addit, qua
 deficiente nec suscipi, nec geri potest. Talis
 Status humanus, magna hominum, Rerum, Acti-
 onum Sarcina; Sed rudis moles, numero terri-
 bilis, & nisi colligetur, onus quovis pondere
 gravius: Quodque sui non immerito justam il-
 lam impatientiam olim Sapientissimo Mosi ex-
 torfit, cum de indomitis Israelitarum suorum
 Ingeniis coram Deo loqueretur: *Cur imposuisti*
mibi pondus universi Populi hujus? Nunquid ego
concepi omnem banc multitudinem, vel genui eam, uti
dicas: Porta eos in sinu Tuo, sicut Nutrix portare solet
Infantem: Non possum solus sustinere omnem hunc
Populum; quia gravis est mihi: Si aliter Tibi vide-
tur, obsecro ut interficias me, & inveniam gratiam in
oculis Tuis, ne tantis afficiar malis. At Vitam Ci-
 vilem

) (2

vilem

vilem Regimenq; dum subit, formam suscipit, & Sarcina ferendo apta evadit. *Hoc est illud vinculum, per quod coheret, ille Spiritus vitalis, quem tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & praeda, si mens illa Imperii subtrahatur, dicente Seneca:*

Autor sane hujus vinculi, eademq; Mater nobilissimi talis Spiritus est POLITICA nostra, præstantissima Disciplinarum Humanarum, palmamque prærogativæ eo nomine reliquis ambiguum faciens omnibus; Conjungit enim diffitas parte molis illius, discussas reponit, ad ferendum aptat, ac ne unitas hæc atque contextus diffiliat solicite cavet: Divinæ Sapientiæ inter homines vicaria, cujus caractere instruta: *Per me Reges regnant, & Legum Conditores iusta decernunt: Per me Principes imperant & Potentes decernunt justiciam, exclamat, idemque in fastigio editorum locorum, per vias ac semitas, ad latera portarum, in aditu Urbis, in ingressu ostiorum inculcat, h. nulli non loco se præsentem & summis, mediocribus, infimis se æque necessariam ostendit. Verbo: Jus universo, Cœlum mundo alligat: Immensa multitudo ejus ductu regitur, ejus ratione flectitur, pressura se ac fractura viribus suis, nisi consilio sustineretur.* Igitur

vilem

()

Igitur dum oblatum à Potentissimo ELEC-
 CTORE BRANDENBURGICO DO-
 MINO MEO Clementissimo suscepti Munus
 POLITICAM docendi, difficillimo me ad-
 motum labori sentio, in tanta quippe Sarcina occu-
 pato: Cui colligandæ vincula paramus, quotquot
 POLITICAM Doctrinam tradimus, & illa quidē
 robore ac materia varia, valida, debilia, Bombyci-
 na, Cannabina, Viminea, Juncea, alia; Atque uti-
 nam sæpe arenosa non essent! De quibus tamen
 dicendi hic locum non esse autumo. Nihil itaque
 magis in votis habeo, quam ut digna Nobilis-
 simæ Disciplinæ tractatione Optimo Princi-
 pi, Almæ Matri nostræ Universitati, Bonisque
 omnibus me probem: Idque futurum spe-
 ro, si spretis periculosis vulgi præjudiciis vanis-
 que Disceptationibus, non Scholæ, sed Vitæ Audito-
 rium meum erudiero: Qui nunquam non volvo
 Regium istud, non minus POLITICIS, quam Judi-
 cibus dictum: *Non pro hominibus judicaturi estis,*
sed pro Deo: Dixerim: Non Hominum causa nos
 docere, sed pro Deo; Quæ docemus enim, Divini
 Vicariatus inter homines argumenta sunt. Nova
 nunquam cupiam, nec cupii hæctenus, illum demum
 Bonum Civem ratus, qui præsentem Reip. statum
 mutari non velit; Temporum tamen nostrorum
 rationem ut habeam, ipso nomine POLITICÆ ad-
 mone-

moneor, non aliud interim prælaturus, quam anti-
 quissimum idemque verissimum illud: *Time De-
 um. honora Casarem.* Procul ociosis speculationibus,
 Fraudibus, privatis commodis, quæ arenosi Funiculi
 sunt, nimiū fragilis & indigna colligandâ tanta mo-
 le materia. Systematum Vulgarium sicubi negligenti-
 or visus sum, videarque, verum tamen nexum Im-
 perantium & Parentium, sinceræq; Vitæ Politicæ ad
 Dictamen Rectæ Rationis Divinaque proinde ac
 Humana Jura examen me quærere non obscurum
 esse autumo; Non fore certe spero, si Incompara-
 bilem GROTIUM in Divinis Libris *de Jure Belli
 & Pacis* me Regulæ instar colere, coluisseque publi-
 cis ac privatis in hoc genere exercitiis professus
 fuero: Quo nemo solidius Fundamenta Politica
 jecit, aut accuratius demonstravit; Quique si
 more meliorum Scriptorum, ordinem naturalem
 docendi non observavit, tam dives tamen rerum est,
 ut non legi satis posse, certe nunquam Lectorem si-
 ne informatione dimittere, quotiescunq; consulitur
 arbitrer: Nec refert, qua parte acervum Granorū
 aut Gemmarum cumulum apprehendamus, cum
 omnium æquum precium sit. Post hunc veneror
 Celeberrimos in Universitate hac Antecessores me-
 os, CHRISTOPHORUM NEANDRUM, Virum
 communi suorum Temporum calculo, ingenti In-
 genio, ac supra solitum animi augustiorem, cuique
 appel-

appellatio MAGNI in omnium ore tum, cum virilem vix Togam sumeret, nata; Et HENNINGUM ARNISÆUM, Virum è paucis unum, qui in Germania dignum POLITICÆ Doctoris titulum auferat, quove nemo è Systematicis Scriptoribus istorum temporum id, quod res est, in Politicis accuratius tetigit. Quos uno mecum munere colligatos gloriæ mihi duco, atque ut vestigia eorum digne premere valeam, exopto. Fata forsan & mea pallus fui patiorque singularia hæc, ut ab Idolis vexer; Sed vetus illud incommodum est, cuius causa cum Henrico VII. Regi Angliæ Ministri olim condolerent: *Divina Majestatis proprium esse Idolis vexari:* respondisse, ab Illustri Verulamio proditum; Quo in exemplum trahendo juste quidem abstineo, at eodem animum obfirmari nihil impediet:

Te te capere, effundere Te, patiq; disce,

Te cogere, laxare, repastinare: Sic Te

Cogens neque cogis, neque cogeris coactus:

Argumentum Dissimulationis Politicæ apud Scaligerum est: Quod semel tetigisse satis est.

Id tantum superest, ut receptæ consuetudini satisfaciam, solenni que Oratione Functionem hanc novam auspicer: Quam A. d. XXIV. Septembris Hora solita in Auditorio Philosophico Majori habendam

bendam constitui, **DE JUSTO SYSTEMATE
POLITICO ADORNANDO**, Themate Actui
huic per quam congruo, ac **POLITICÆ** Amanti-
bus, ut spero, non ingrato futuro- Vos autem,
MAGNIFICE DOMINE RECTOR, Illustrissi-
mi **DOMINI**, **DOMINE COMES** ac **DOMI-
NE BARO**, **PROFESSORES** Excellentissimi,
Nobilissimi ac Politissimi **CIVES ACADE-
MICI**, ut ei benigne præsentis esse non dedigne-
mini, ea qua par est reverentia ac humanitate ro-
go, pollicitus me Beneficium hoc memori animo
observaturum, gratiamque studiis meis perpetuis
eo nomine pro virili relaturum. P. P. Appresso
Sigillo **UNIVERSITATIS** Majori, A. D.
XIIX. Sept. A. MDCLXXXI,



BIBL.